



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Codex traditionvm Corbeiensivm

Falcke, Johann Friedrich

Lipsiae ; Gvelpherbyti, 1752

§. 252 - 254. De mansis traditis in villis Hittonbocho et Balemeri in pago
Hessi Franconico.

urn:nbn:de:hbz:466:1-36114

Ab anno
854 usque
877 re-
gnante
Hludo-
uico et

§. 252.

Tradidit euo et hufuard pro anima *landuuardi* et *hodonif* mansum medium in *hittonbocho* (l) testef adalbert thodo ouo fresger ubbo addo siduger udo thiadbern odger fresger uualdman landuuard bodo falh thiad-
uuert.

§. 253.

Tradidit *erdag* in *balemeri* (m) mansum testef euo adalbert todo hufuard bodo, thiadbern odger fresger uualdman landuuard bodo falh thiaduerc.

§. 254.

Tradidit hroduuig medium mansum in *hustenni* (n) testef halacbert esthelm.

§. 255.

Tradidit gharuuarduf et erp partem aliquam de filua *masingorum* (o) testef hahrid aldmer ragenuuig pumi bernold arduuig.

§. 256.

frater *Waldrici*, traditiones nostræ non definiunt. In medio igitur id ipsum relinquimus. Interim confer de hoc *Wigone* seu *Wichardo*, satore comitum Northeimensium et Dasselienfium, has traditiones §. 104. not. (1).

De villa
Hitten-
bocho in
pago
Hessi.

(l) *Hodo* et *Landwardus* videntur fuisse consanguinei. Forasse *Hodo* est Hiddi, et *Landwardus* est filius Cobbonis comitis, de quo egimus supra §. 231. Fortassis tam *Hodo*, quam *Landwardus*, filius Esiconis, comitis per pagum Salagewe, Evam et Huswardam in matrimonio habuere. De Esicone comite egimus supra ad §. 216, ubi, satorem eundem fuisse regis Germaniæ *Conradi I.*, statuimus l. c. Iam vero per suspicionem concludimus e bonis, quæ probabiliter possedere *Landwardus* et *Hodo*, eos fuisse generos dicti Esiconis comitis. In nostro enim Registro villa *Hittenbocho* ponitur in pago *Hessi*. Et quamuis accurate indicare nequeamus, quinam vicus per eam designari intelligatur, placet tamen nobis vicus *Hattenbach*, in principatu *Hersfeldensi* situs. *Hassis* perferutandam relinquimus pleniorum huius loci notitiam.

De villa
Balemeri
in pago
Hessi
Franco-
nico.

(m) Si *Hodo* et *Landwardus* generi fuerunt Esiconis comitis, tunc sequitur, eosdem quoque fuisse *Erdagi* sororios, quippe quem filium Esiconis comitis fuisse supra §. 216. asseruimus et præpotentem dominum in *Hassia*, id quod elucescit ex hoc §. 253. Villa enim *Balemeri* erat in pago *Hessi Franco-nico* sita, testante nostro Registro. Denotari intelligitur vicus *Balern*, in inferiori *Hassia* conspicuus.

De villa
Hustenni.

(n) *Hustenni* villa in nostro Registro non reperitur. Concludimus ex eo, abbatiam nostram tempore *Sarachonis* abbatis non amplius mansum medium in eadem villa possedisse. Nihil certi ergo de hac villa mihi definire licet. Quamuis enim loca quædam reperiantur, quibus est similitudo quædam nominis cum nostra, e. g. *Husum* in præfectura *Wölpe*, *Hussen* haud procul ab oppido *Geseke* in ducatu *Westfalia*, *Husin* in pago *Patherga* seu dynastia *Wevelsburg*, *Husen* in palatinatu *Rheni*, *Husin* in episcopatu *Bambergenfi*, *Hustede* in *Landgraviatu Hassia*, et *Heusden* in *Batauia*, certumque sit, Abbatiam nostram in villa *Husin* in pago *Patherga* bona quædam possedisse, quam pro *Hustenni* venditare possemus; viri tamen honesti est, sine documentis et rationibus nihil certi statuere.

De Ma-
singorum
filua.

(o) *Masingorum* filua dicta est a *Masingbuson* marca. In nostro Registro ita porro verba sonant: in *masingbuson* marca partem aliquam de filua. Citra dubium *Saracho* abbas denotauit filuam *Masingorum*, quia statim hæc verba subiiciuntur, in pago *Hessi franco-nico* in villa *Balemeri* mansum. Iam queritur, in quam regione olim *marcus* ille exstiterit? Respondemus citra cunctationem, in dynastia